Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 445

Quelle:
Copyright:

dern chint auch waſſer in dem gern tragen vnd zeſlugen ir chrüg alle ſampt. vnd namen daz waſſer in ir ſchoz. da wurden ſie gar naz vnd nichtsnicht beleyb darinne. wie oft ſi in di ſchoz guſſen. do getorſt der chinde allen den tag nie cheyns heym chomen. Vnd do ſi in genug vorchten. do hiez ihesus igleich kint ſeins chrugs ſchirbe ze ſamen leſen. vnd macht ſi wider gancz. do gingen di chint froleich heym an vorcht. vnd ſagten iren freunten den andern iuden. diſe ding. di wolten durch ir vnſelicheit gots tugent vnd craft nicht verſten. vnd iahen (aſſerebant) *er tet es mit zauber.* &c. Saniora ſunt multo, quae in Servatoris doctrinas, Parabolas &c. per decurſum Operis commentatur Noſter. Definit vero in *ſanatione pueri Centurionis*, neque paſſionem adtingit. Illud addo, Epiphaniae feſtum diem adpellari illi diem ſupremum, *der oberſte tag*, id, quod et in Diplomatibus ſaepe uſuvenit. Rationes et exempla habes in Cl. *Ant. Pilgram Calendario Chronologico*, quod utiliſſimum opus lucem vidit *Vindob.* 1781. 4.

CLX. VI. g. 4.

518 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 144. 4. grandi rudique charactere perſcriptus *Expoſitionem* ſive *Gloſſam* complectitur in *Concordiam Evangelicam Dominicae Paſſionis*, quae ſic inchoat: *Poſtquam a principio corporis ewangelici actum eſt de ingreſſu ſaluatoris noſtri ihesu in hunc mundum per eius conceptionem et natiuitatem. Et poſt hoc de eius progreſſu per hunc mundum per eius legislationem — Hic iam agitur de eius egreſſu* &c. Atque ex his verisimile fit, quod in hoc *Codice* reſtat, tertiam eſſe Partem *Concordiae* ſive *Monoteſſari* cujusdam in totum Evangelium, quae nec ipſa quidem hic integra habetur, nam ultima gloſſa eſt in *Luc.* C. XXIII. v. 12. et quamvis per errorem Compactoris poſteriora quaedam inſerta ſint a *fol.* 25. ad. *fol.* 37. ea tamen non niſi a *Matth.* C. XXVII. v. 54. auſpicantur, et in *Joh.* C. XX. v. 4. definunt. Opus, ut ſummum, Sec. XIV. ſcriptum eſſe patet e frequenter citato *Nic. Gorramo* O. P. qui a. 1295. diem clauſit.

CLXI.

Codex membraneus germ. Sec. 973
XVI. ineuntis, Folior. 150. 8. min. eleganter perſcriptus, literis initiorum deauratis, picturatis, Iconibus XXIX. myſteria vitae, Mortisque τῦ Θεανδρȣ artifici penicillo referentibus, marginibusque iis oppoſitis cum figura e V. T. depromta, tum diverſo florum, animaliumque ornatu variis clarus Narrationem Paſſionis Dominicae e IV. Evangeliſtis in unum coactam continet hoc rubro: *Der paſſio als in die vier ewangeliſten ſchreiben, ſo man ſy zuſamen ſetzt nach rechter ordenung der hyſtorien vnd fahet an von der erweckung Lazari.* Finit vero cum Aſcenſu in coelum. Omnia